

Petrus de Vinea

*Ep. II 28 (Intellecto nuper,
quod tu promptum...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. II 28 (Intellecto nuper,
quod tu promptum...)*

1220-1266

Cuidam nobili, ut perseueret in operibus quae incepit.

1. Intellecto nuper, quod tu promptum gerens ad excellentiam nostram fidei et deuotionis affectum, seruitia quaelibet, quae honorem nostrum respiciunt, hylariter suscipis et in proseguendis eisdem laudabiliter te exerces, labores quoslibet non euitans, deuotionem tuam gratiosa laude proseguimus. 2. Et cum seruitia tua digna premiorum retributione respicere disponamus, fidelitatem tuam requirimus et hortamur, attente mandantes, quatenus laudabiliore fine continuans, quae laudabiliter incepisti, ad requisitionem... super omnibus, quae honoris nostri nominis augmenta contingunt, sic te prebeas operosum, ut, quod de commodis tuis firma iam mente concepimus, in actum deducere, tuis exigentibus meritis, merito ualeamus.